



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

MCLXXIII. Papst Gregor XI. fordert von seinem Runtius Bericht über den
Antrag des Kaisers Karl, den Erzbischof von Prag zum Legaten für die Mark
Brandenburg zu bestellen, am 9. Dezember 1374.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56104)

MCLXXIII. Paps Gregor XI. fordert von seinem Nuntius Bericht über den Antrag des Kaisers Karl, den Erzbischof von Prag zum Legaten für die Mark Brandenburg zu bestellen, am 9. Dezember 1374.

Gregorius etc. dilecto filio Thome de amanatis, Electo Nimacienfi, apostolice Sedis Nuncio, salutem. Nuper ad nostrum peruenit auditum, quod carissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum Imperator, semper augustus et Boemie Rex illustris, pridem Marchiam seu Marchionatum Brandenburgensem, utpote sibi et Regno Boemie debitos seu ad eum pertinentes legitime et spectantes, extraxit non sine periculis, dampnis, laboribus et expensis de manibus et potentia nonnullorum Principum et Baronum, qui illos occupabant et per quorum insolentiam erat tota terra dicti Marchionatus rapinis, predationibus, spoliis, occisionibus, furtis et aliis malis innumerabilibus plurimum occupata, que per habitantes et alios impune perpetrabantur ibidem et alibi, talia committentes libere et secure receptabantur in ea, nedumque laici, immo et clerici et quamplures in Clero Prelati, ex quadam licentia et consuetudine agendi periculose — quam maxime obstinata: et dicti clerici inter laicos continue conuersantes, solo nomine clericatus contenti, uestes et mores laicales quasi penitus adepti erant: quodque idem Imperator, postquam predictam terram extraxit de manibus predictorum, uniuit Regno suo Boemie, et uniones fieri inuicem inter nobiles et ciuitates terrarum dictarum et Marchionatus procurauit, plurimumque studuit mala corrigere, et malefactores hinc inde per patriam querere et punire, et quod licet hec punitio absurda summe incolis Marchionatus utpote insuetis ad talia uideatur, ob que etiam eis prebetur materia fufurandi quasi de re ab eis inaudita; tamen usque ad hanc diem malefactores multimode sunt oppressi et continue opprimuntur, et alii a male agendo quam maxime cohibentur, et speratur auctore Domino bona cum pacis tranquillitate plurima obuentura: quodque Clerici et alie persone ecclesiastice, qui liberius uiuunt, non abstrahuntur ob predicta ab agendo peruerse, immo eo ipso peiora prioribus cumulant, quo diutius se a malo non reperiunt retentos, Prelatique eorum seu ipsorum in hoc locis, aut antiqua licentia siue consuetudine freti, nec punientem reperiunt, nec male agentes punire procurant, ex quo, nedum in se male agunt impune, immo et laicis male agendi exempla et materiam in seditionem se uertendi, et quod insuper adeo a retroactis temporibus antedicti clerici, nullius freno restricti, se insolentes prebuerunt, quod etiam Sedi apostolice in multis rebelles extiterunt, et actibus militantibus se immiscentes laicorum presidio in eorum rebellionibus sunt adiuti; quod dictus imperator cupiens predictos Clericos ad uiam debitam reduci, ut per eos in dicto Marchionatu scandala non suscitentur, dictusque Marchionatus adeo Regno Boemie in unitate et dilectione perseueret, quanto fuerit in temporalibus et spiritualibus magis unitus, et etiam ut dicti Clerici adhuc Sedi apostolice reddantur reuerentes, nobis humiliter supplicauit, ut cum felicis recordationis Urbani Papa V., Predecessor noster, venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Pragensis et successores suos Archiepiscopos Pragenses, qui erunt pro tempore, perpetuos apostolice Sedis Legatos in Prouincia Pragensi ac prouinciis alijs, Ciuitatibus et diocesibus regni Boemie constituerit et creauerit et in predicta Marchia tres Ciuitates et dioceses, uidelicet Brande-

burgensif, que de Magdeburgensif et Lubucensif, que de Gneznenf et hawelbergensif Ciuitates et dioceles, que de Maguntinenf Prouinciis existunt, fore noscuntur, huiusmodi legationem dicti archiepiscopi ad Brandeburgensem, Lubucensem, et hawelbergensem Ciuitates et dioceles supra dictas, ut ibidem plenius uirtutes extollantur et uitia extirpentur, prorogare et extendere de benignitate apostolica dignaremur. Quia igitur de premissis certam notitiam non habemus, circumspectioni tue, de qua in hijs et alijs specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus de premissis omnibus et singulis et eorum circumstantiis uniuersis, et presertim, an expediens et utile sit, quod huiusmodi legatio prefato archiepiscopo in predictis Ciuitatibus et diocesibus detur, auctoritate apostolica diligentius te informes et quicquid per informationem huiusmodi repereris, per tuas patentel litteras, manu publica confectas tuoque sigillo sigillatas, nobis quam citius referre non postponas, ut tua super hijs informatione instructi in premissis consultius agere ualeamus. Datum auinione, V. Idus Decembris, anno quarto.

Nach einer Abschrift des Vaticanischen Ges. Archives ex Reg. litt. Priv. et Indult. p. 86. Anni IV.

MCLXXIV. Erzbischof Peter zu Magdeburg erklärt, sich in die Scheidung seiner Streitigkeiten mit der Stadt Halle, welche Hans von Cottbus, des Kaisers Hauptmann in der Mark Brandenburg, getroffen hat, zu fügen, den 16. August 1375.

Wir Peter, von gotes gnadin vnd des Stules zu Rome Erzebischoff des heiligen gotishusis czu Meidburg, Bekennin offinlichin myt dissem bryue, Das wir alle stücke, die der Edel her Hans von gothebus, des aller durchluchtigisten fursten vnd herren, vnsers herren des Keisers hauptman in der Marke czu Brandenburg czwischen vns vnd den wisen luten, den Ratesmeisterten, Innungemeisterten, Innungen vnd der ganczen gemeyne vnsrer Stat czu halle vnsern liebim getruwen burgeren getedinget hat, Nach vzwisunge des obgnanten hern hanfes bryuen, die er vns an beidin syten dar obir gegeben hat, stete vnd ganz halden wellen, ane argelist in guten truwen. Des czu vrkunde haben wir dissen briff versigelt mit vnsirn Ingesiglen, Geben czu Wolmerstede, Nach gotis gebort dryczenhundert Jar vnd in dem funf vnde Sebinzigisten Jare, an dem donrs-tage nehist nach vnser frowen tage Assumpcionis.

Nach Förstemann, Neue Mitt. II, 318.

MCLXXV. Churfürst Otto giebt seine Stimme zu Wenzels Königswahl, den 10. Juni 1376.

Wihr Otto, des heiligen Römischen Reichs Erzkamerer vndt Churfürst, Pfalzgraff bein Rhein vnd Herzog in Bayern, Thuen khundt etc. Wenn wihr vnser Stimme, als wihr haben, an der Chur eines Römischen Khöniges, dieweil wihr leben, an den

Haupttheil II. Bd. 3.